

Nachtrag:

Zur Geschichte des Provinzkapitels vom Jahre 1670

Im Provinzarchiv findet sich ein Dokument vor, welches wohl verdient, abgedruckt zu werden. Fürs erste enthält es die Vorschriften, welche für das erste Kapitel *nach der Provinzteilung von 1668* erlassen worden sind, die erste *Kapitelsordnung* also, welche unsere *Schweizer Patres* sich gegeben haben, als sie in der Provinz wieder einmal selber Meister waren. Das Schriftstück ist zwar undatiert. Aus seinem Inhalte aber geht, wie wir bald sehen werden, mit Sicherheit hervor, daß es für das Provinzkapitel vom Jahre 1670 abgefaßt worden ist. Fürs andere enthält es einige Angaben, welche auf die Feier unserer Kapitel, insbesondere desjenigen von 1670 in Rapperswil etwas neues Licht werfen und somit das ergänzen, was weiter oben darüber gesagt worden ist. Das Dokument lautet:

„Processus Electionum et aliarum quarundam functionum Capitularium.

I. In vigilia Capituli Provincialis habenda est a R. P. Provinciali exhortatio ad Vocales omnes congregatos, quos etiam monebit:

1. ut officium divinum dicatur more Capucino secundum Constitutiones et devote.

2. Oratorium, Chorus et tota ecclesia serviant pro cantando matutino. Pro Vesperis et Horis oratorium et Chorus, si missæ non celebrentur...

3. Missæ dicantur in tribus altaribus ecclesiæ et in Sacello Mortuorum. Et discrete mittantur ad omnes Capellas territorii, ubi fere nunquam missæ celebrantur, et ad alias ecclesias in scriptis nominandas.

4. Orationes mentales non negligantur a non impeditis. Et licet incidat festum B. V. Mariæ, semper tamen continentur per totum Capitulum hora matutina.

5. Oratio 40 horarum instituenda per Fratres in Choro diu noctuque continuanda.

6. Conciones fiant durante Oratione 40 horarum semper post Completorium; etiam gratiarum actio in Parochia, et ubicunque petuntur, et quidem a Concionatoribus qualificatis et exemplaribus legitime non impeditis, qui semper, et alii omnes, reditum suum accelerent.

7. Dispositio facta pro mensa prima et secunda servetur.

8. Oeconomiae præpositus sit M. V. P. Michael Angelus* [Schorno a Schwyz, 1631—1712], qui non permittat ullas computationes aut singulares commessiones. Scribat omnes eleemosynas acceptas et distribuât etc. Qui et officium simul agat Vicariatus et Guardianatus impedito M. V. P. Guardiano loci.

9. Non mutantur Cellæ vel habitationes sine licentia Superiorum.

10. Nemo se intrudat in officium alterius, nisi fraterno et necessario auxilio.

II. In eadem vigilia Capituli Provincialis examinanda sunt scrutinia Discretorum per RR. PP. Definitionis, unum post alterum, vocato et præsentē simul Guardiano, qui testimonium ferat de processu electionis. Expediantur omnia pro futura in subsequentem diem electione. 1^o. Proinde statim post prandium præsentēs Vocales sint parati suas tradere authenticas de electionibus R. dis P. bus Definitionis. Et qui litteras alias habent Definitioni vel R. dis PP. Definitoribus tradendas, non retineant diutius, sed statim tradant. — 2^o. Ad promovendas electiones, quæ prælegi debent ex Citatoriis, Constitutionibus et Statutis, legantur clare, distincte et intelligibiliter ad mensam primam et secundam.

III. Ipso die electionis tempestive dicitur a R. P. Provinciali missa de Spiritu Sancto, in qua omnes etiam Vocales, qui missam ipsi non dixerint, sacram Eucharistiam sumunt. Sub finem missæ semel ac iterum repetitis ictibus ad tegulam signum datur conveniendi ad locum capitularem.

IV. Congregatis Capitularibus leguntur e tabula nomina omnium, quos Capitulo interesse oportet. Constituuntur tres numero Scrutatores. Et repetuntur scrutinia toties quoties fuerit opus, ut competens Definitorum numerus compleatur. In quibus electionibus observandum:

1. quod solus R. P. Provincialis clara voce pronuntiabit verba iuramenti una manu ad pectus, et altera ad Evangelium applicatis. Cæteri omnes idem dicant et faciant vera intentione et actione.

2. Schedulas pro electionibus formare vel complicare, si quis nesciat, quærat ex Patribus senioribus modum in Constitutionibus præscriptum et observet diligenter, ut cuicumque suum votum attribuat, eidem nomen et patriam addat...

3. Imprimis igitur eliguntur 4 simul Definitores, quorum e senioribus Definitoribus duos solum, si placeat, unusquisque Vocalis eligere potest, prout Constitutiones docent.

V. Electis 4. Definitoribus resignat omnia Exprovincialis primo Definitori, tradens eidem sigillum cum dicenda culpa etc. (Sic!)

VI. Inde proceditur ad electionem novam Provincialis, qui, si eligatur ex 4 Definitoribus, statim proceditur ad electionem quinti Definitoris, qui etiam ex antiqua Definitione, si placeat, esse potest.

VII. Electis Provinciali et Definitoribus eligitur secundus Custos ad Capitulum generale, qui [sic!] primus ex alia Provincia Anteriore Austriaca mittitur.

Et ad omnes istas electiones omnes Vocales concurrere possunt active et passive, quotquot sunt Vocales (erunt autem 67) excepto Exprovinciali, qui tantum active ad Provincialatum et Definitoratum concurrat.

Si quis legitimam causam, suffragium suum sive activum vel passivum resignandi habeat, toti Capitulo in principio proponat. Sic et si quis sciret aliquod legitimum in aliquo Vocali impedimentum, tempestive manifestet.

Custodes Provinciæ a toto Definitione, Visitor vero seu Vicarius Provinciæ a R. P. Provinciali eligitur.

VIII. Publicatis electionibus primus Def. incipit „Te Deum laudamus“. Fit processio ad eccles. nostram cum cruce, ubi ante altare duo PP. Definidores juniores dicunt versum: Confirma hoc, Deus etc. Tunc 1. Def. prosequitur dicens consuetas orationes. Mox accepta stola stans ad sinistram altaris, sermonem habet ad præsentem auditores, quo finito dictus Def. consignat officii sigillum R. P. Provinciali eique post sumptam stolam ad latus altaris dextrum sedenti post Definidores omnes in signum obœdientiæ manum deosculantur.

IX. Postmodum Capitulares omnes singulatim audiuntur secundum familias. Omnibus auditis fit consultatio super Provinciæ statu et provisione Superiorum. Quo peracto nova prorsus fit electio a RR. PP. Definitoribus Guardianorum, quæ occulta teneatur a comuni aliorum notitia, quousque, dispositis Provinciæ familiis, congregatis universis Capitularibus promulgantur“ (4 O, 1).

Soweit unser Schriftstück. Für seine Datierung gibt uns sein Inhalt folgende wertvolle Anhaltspunkte:

In VII. wird die Vorderösterreichische Provinz genannt und bemerkt, daß bei uns nur *ein* Generalkustos zu wählen ist, daß der andere von der Vorderösterreichischen Provinz geschickt wird. Es handelt sich also in unserem Dokument um ein Provinzkapitel, das *nach* der I. Provinzteilung stattgefunden hat und auf welchem nur ein einziger Generalkustos hat erwählt werden dürfen. Ein solches Kapitel aber hat es in unserer Provinz nur ein einziges Mal gegeben, nämlich 1670. Damals haben unsere Provinz und die zwei Jahre zuvor von ihr abgetrennte Vorderösterreichische Provinz *zusammen* nur drei Vertreter nach Rom ans Generalkapitel vom

Jahre 1671 senden dürfen, also nur soviel wie *vor* der Teilung, nicht sechs, wie es sich sonst gehört hätte. Nur die beiden Provinziale und ein Custos haben gesandt werden dürfen. Diese unbillige Vorschrift ist aber schon 1672 widerrufen worden. Seither hat die Provinz nebst dem Provinzial immer wieder zwei Generalkustoden wählen dürfen. (Weiteres darüber oben S. 99 f.)

Unser Erlaß ist also unzweifelhaft für das Provinzkapitel vom Jahre 1670 gegeben worden. Nichts in ihm spricht dagegen, aber noch verschiedenes anderes *dafür*.

So stimmt die unter VII, zweites Alinea, genannte Zahl der Kapitularen „67“ genau mit der Zahl der Teilnehmer am Kapitel von 1670. Ferner ist in die Zeit dieses Kapitels (5.—14. Sept.) wirklich ein Muttergottesfest, nämlich am 8. Sept. Mariä Geburt, gefallen, wie es in I, 4 gesagt wird. Endlich deuten ein paar andere Angaben, welche wir sogleich anführen werden, an, daß dieses Kapitel in einem kleineren Kloster mit einfachen Verhältnissen, mit einem etwas kleinen Refektorium und einem eben solchen inneren Chore, abgehalten worden ist, wie es in Rapperswil der Fall war.

In I, 2 wird angeordnet, daß zur Abhaltung der (Mitternachts-) Mette nicht nur das innere Chor oder das „Oratorium“, sondern auch das äußere Chor und „die ganze Kirche“, also auch das Schiff den Kapitularen dienen sollte. Um diese Zeit befanden sich eben wohl keine Leute darin.

Aus I, 3 erfahren wir, daß zum Zelebrieren im Kloster selber nur die drei Altäre der Kirche und die Totenkapelle zur Verfügung standen, daß daher noch andere Kapellen und Kirchen außerhalb des Klosters dazu benützt werden sollten.

Was sodann in I, 7 und besonders in II, 2 von einem „ersten und zweiten Tische“ erwähnt wird, ist wohl dahin auszulegen, daß, weil das Refektorium zu klein war, die Mahlzeiten nicht allen auf einmal aufgetragen werden konnten, daher zwei „Tische“.

Aus I, 5 ersehen wir, daß das Vierzigstündige Gebet ununterbrochen Tag und Nacht gehalten wurde, und daß ein besonderer Dankgottesdienst mit Predigt in der Pfarrkirche vorgesehen war.

Wie die in I, 9 erwähnten „Habitationes“ zu deuten sind, bleibe vorläufig noch dahingestellt. Vielleicht bringt uns einmal später irgend ein anderes Dokument noch mehr Licht darüber.

P. Siegfried von Kaiserstuhl.